



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XI. Christus an sit verus Deus; verus Homo; idemque adorandus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XI.

Christus an sit verus Deus; verus Homo; idemque Adorandus?

XXVII. ANTICHRISTIANISMVS.

1. **D**EVM esse perfectum IESVM, abnegant iuxta LUTHERANI & CALVINI.

2. Atque iidem & istud, Verum esse Hominem, plenè confiteri tergiuersantur.

3. Adorare verò horrent etiam. Vide in meo Lutherico-calu. p. 1. q. 35. & 36. Inque Genealog. q. 12.

I. CHRISTVS. Pater est, qui testimonium perhibet de me, & ipse clarificat me. Qua causa, Mat. 3. Ecce vox de cœlis dicens: *Hic est Filius meus dilectus.* &c. Idem Mar. 11.

2. Et verè, Luc. 2. ait Angelus ei: *Ne timas Maria, inuenit enim gratiam apud Deum; Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen eius IESVM.*

3. Verè Démonium, Mar. 5. *Quid michi & tibi IESV Fili Altissimi?* I. Ioan. 3. In hoc autem apparuit Filius Dei; ut dissoluat opera diaboli.

4. Verè Martha, Ioan. 11. *Vtique Domine; Ego credidi, quia Tu es Christus Filius Dei vivus, qui in hunc mundum venisti.*

II. CHRISTVS. Verus Homo vēturus sum à Patre promissus, Ezech. 13. Suscitabo super ones Pastorem unum, seruum meum David. Atqui, Ioan. 10. *Ego sum Pastor bonus. De quo meus Vicarius,* I. Pet. 5. spondet: *Cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcessibilem gloriam coronam.* Deque me percunctorante, Christus cinctus filius erit? responderunt Pharisæi. David. Denique I. Ioa. 4. *In hoc cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus, qui consistet in Christum in Carne venisse, ex Deo est.* &c.

III. Quin ADORANDVS sim, nihil dubitabant, Mat. 14. quia nauicula erant; venerunt, & adorauerunt Eum, dicentes: *verè Filius Dei es!* Nihil tres Magi dicentes, Mat. 2. *Venimus adorare eum.* &c. Et procidentes adorauerunt eum. Nihil leprosus, Mat. 8. qui veniens adorabat eum. Hesitabat nihil Syrophænissa, Mat. 15. quæ venit & adorauit eum dicens: *Domine adiuva me.* Cæcus ille natuſ, sed illuminatus, & interrogatus, Ioan. 9. *Tu credis in Filium Dei?* Quærebatur: *Quis es?* Domine, ut credas in eum? ait IESVS: *Et vidistis eum; & qui loquitur tecum IPSE es.* At ille dixit: *Credo Domine: Et procidentis Adorauit eum.*

QVÆSTIO XII.

An Christus fuerit defectuſus, Deus mortuus, infernique perpeſſus paenæ.

XXVIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS in Ps. 16. Ienensi tom. 2. Christus verè ad infernum, secundum Totam Personam descendit, & ibi peccatorum nostrorum, in ANIMA & Corpore, paenæ luit.

CALVINISTÆ immaniora. Vide in meo Lutherico-calu. p. 1. q. 52. & 42.

CHRISTVS. I. Dixi in Psalte, 114. *Animam meam in manibus meis semper. Atque tametsi, tristis fuit Anima mea usq. ad mortem; non tamen in mortem:* Et si capi patuere & tadore; Non tamen desperare. *Quin obuiam processeris, & dico, Ego sum;* abierunt retrorsum. Enim uero, Ioan. 10. *Ego pono animam meam, & iterum sumam eam.* Nemo tollit eam à me. &c. Potestatem habeo ponendi eam. Hoc Iudæi non intelligebant; vt i nec Lutherico-calu-

2. Ac-

